Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



14

pellibus timidae seruitutis. xpianapotius indutus fiducia
exsiluit & dicit. Ego unum baptismum noui. patris & filii & spsi
sci nomine consecratum atque signatum. Hanc formam ubi
inuenio. necesse. e. ut approbem. Non destruo quod dominicu
agnosco. Non exsufflo uexillum regis mei. Uestem xpi & qui
diuiserunt non uiolauerunt. & illi adhuc xpm non resurreduru.
crediderant sed morientem uidebant. Si a persecutoribus ues
tis non conscissa. e. pendentis in cruce. cura xpianis destruitur sa
cramentum sedentis in caelo. Si u & eris populi tempori b: iudeus esse
quando aliud. ee. melius non possem. accepissem utiq: circumcisi
onem. Qui dsignaculum iustitiae fidei. tantum illo tempore
ualuit antequam dni euacuetur aduentu. Utinfantem filiu
morsi angel praefocasset. nisi mater arreptocalculo circum
cidisset puerum. & hoc sacramento imminentem perniciem de
pulisset. Hoc sacramentum & iam iordanem fluuium refrenauit.
& reduxit in fontem. Hoc sacramentum ipse dns quamuis eua
cuauerit crucifixus. tamen natus accepit. Non enim singula
illa damnata sunt. sed succedentibus opostumorib: decesserunt.
Nam sicut circumcisionem abstulit dni primus aduentus. sic
baptismum auferet secundus aduentus. Sicut enim nunc
posteaquam uenit libertas fidei. & remotum. e. seruitutis
iugum nullus xpianus circumciditur carne. sic tunc regnantib:
iustis cum dno. Damnatisque impius. Nemo rebaptizabitur.
Sed illud quod ista praefiguraunt. id est circumcisio cordis &
mundatio conscientiae. manebit in aeternum. Si ergo illo
tempore iudaeus essem. & ueniret ad me samaritanus. uel &
q: illo errore derelicto quem & iam dns improbauit dicens. uos
adoratis quod nescitis. Nos adoramus quod scimus. qnm salus
ex iudaeis. e. uel & ergo samaritanus quem samaritani circu
cidenunt fieri iudaeus. uacat & ceteris temeritatis audacia.